







17
1.0
2.0
3.
7.
5
6
7



1764.

1. Heuffeld, Jo. August, Jac. jur. de canonicis : 4 De divisione
terris sessorum Germanicorum. simulque solemnibus inang. Georgii
Guilielmi Hauseri indicit.
2. Heuffeld, Jo. August : De bonis debitorum post eorum cessura
nem distributione simulque solemnibus inangasalia
Jacobii Hauseri Franc. de Lobenstein indicit.
3. Heuffeld, Jo. Augustus : De beneficiis competentiae ex pro.
prio aequo ac tertio jure.
4. Schmidt, Joach. Erdmann : De servitutibus juris publici
falso nomine sic appellatis.
5. Schmidt, Joach. Erdmann : De ducibus non des Haas, quo.
rum ps mentio in matriculis imperii, frustra propter
mosam quaeritis, feliciter in Polonia invenientis
6. Walchius, Carolus Fridericus : De cura verus Illustrissimae,
ex legibus chartis ve publicis eruta.
7. Walchius, Carolus Fridericus : De nobilibus jure civi.
tatis donatis

1769

8. Walchius, Carolus Frider: De bonis liberorum Lem. 3.0
Laricensium prospectibus, dem vorgehenden Fult.
9. Widelburg, Dr. Em. Carolus: Praelex. viisum mathematicum 4.0
mechanicum geometricum et physicum. 5.0
- 1765.
1. Bruns, Petrus Iacobus: De triplice cognitionis 6.0
humanae adhaerendo principio, experientia, ratione
et testimonio. ⁹ simulque dominas J. de Hartlieb. 7.0
academiam relictaurus. . . gratulabimur deus prose-
quatur.
2. Heimbürgius, Dr. Leop, Fac. jur. protecurus: haenam
paena incestus matertera cum eius sororis filio 9
commisisti [commissi.] jure criminali Carolino
oblineat? Programma: Gott. Faust. Gustelius Taly-
manni . . . dissertationi praemissum. 10

1768.

3. Hellfeld, Jo. Augustus: De actione formae rei haec
semper sequente.
4. Hellfeld, Jo. Augustus: De successione Illustrissimam
tanquam privatorum in alodia
5. Rave, Tacitus: De interpretatione Cap. 3. Nov. 115
6. Scheidemantel, Henr. Godofredo: De successione Illustrissimam
alodiis privati.
7. Schmidtus, Schut. Lud. Carol: De juris retractus cum
jure collectandi nexu necessario
8. Schmidtus, Schut. Lud. Carol: De causis, ex quibus
permissa est rerum, quae minorum sunt, alienatio.
9. Schmidt, Zacharius Erasmus, prodecurus fac. jur:
Programma: "De repressaliis in causis laesionum
paeis Guesolphicae non plane illicitis", quo Gott-
hold Cenerarii . . . dissertationem . . . indicat.
10. Schmidt, Zacharius Ersm: Programma: "De peragio
a peragio et operagio distincto, quo Henrici
Godofredi Scheidemantel . . . dissertationem . . . indicat."

1765.

11^a et 12 Liegeas, Aug. Fridericus Carolus, lib. baro de :
de visitatione iudicii Cameralis imperii. 2 Tomi

1764, 2 / 18
D. IO. AVGVST HELLFELD

SERENISSIMI DVCIS SAXO - GOTHANI A CONSILIIIS AVLCIS
CODICIS ET NOVELL. PROFESSOR ORDIN. CVRIAE PROVINC.
ASSESSOR SCABIN. COLLEGII SENIOR ET FACVLT.
IVRID. H. T. DECANVS

SOLEMNIA INAVGVRALIA

GENEROSI AC DOCTISSIMI IVRIVM

CADIDATI

IACOBI HENRICI FRANC
DE LICHTENSTEIN

MOENO-FRANCOFVRTENSIS

INDICIT

AD. DIEM XXVII. OCTOBR. CIOIOCLXIV.

SIMVLQVE

DE BONIS DEBITORVM
POST EORVM CESSIONEM
DISTRAHENDIS

BREVIBVS DISSERIT.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.



101

D. IO. AVGVST. HELLEND.

REACTANTIA POCIS 1490. GOTIARI A CONSILIO ANGLI
CONSTITUTIS ET NOTIUM RECTOR CAROLI. CETERA RECTOR
ASSISTENTIA. CONSILIO RECTOR ET LITTOVIA
LITTOVIA. LITTOVIA.

STREMMIA. IMA. GARNIA.

REACTANTIA POCIS 1490. GOTIARI A CONSILIO ANGLI

CADIBATI

JACOBI HENRICI FRANG

DE LICHTENSTIN

REACTANTIA POCIS 1490. GOTIARI A CONSILIO ANGLI

REACTANTIA POCIS 1490. GOTIARI A CONSILIO ANGLI

DE BONIS BENITORM

REACTANTIA POCIS 1490. GOTIARI A CONSILIO ANGLI

DIETRICHUS

REACTANTIA POCIS 1490. GOTIARI A CONSILIO ANGLI

LITTOVIA. LITTOVIA.





§. I.



FleBILE illud beneficium, quod nomine *cessionis bonorum* venit, et a Iulio Caesare in aliquale miserorum debitorum solamen introductum est, ex parte debitoris eos producit effectus, ut 1) debitorem liberet a carcere, aliisque poenis in obaeratos sancitis, (***) 2) a molestiis creditorum debitori certo modo securitatem praestet, dum, facta bonorum cessione, creditores contra eum nec actionem instituire, nec condemnationem, nec executionem vrgere possunt, (*,*) sed ex bonis cessis sibi satisfacere, et quatenus haec non sufficiunt, expectare tenentur, donec debitor ad meliorem peruenerit fortunam.

(*) SVETON. *Caes.* c. 42.

(**) L. I. C. *qui bonis cedere possunt.*

(***) L. 3. C. *de bonis auctoritate iud. possid.*

§. II.

Ex parte creditorum *cessio bonorum* eum habet effectum, ut statim a momento *cessionis rite peractae* iis omnia debitoris bona possidere, eaque distrahere, sibi que exinde pro quantitate singulorum debitorum satisfacere liceat. Quo vero iure creditores bona *cessa* possideant, vel distra-



gant, non omnium vna est sententia. Sunt, qui cessionem dominii translationem inuoluere putant. Sunt denique alii, qui cessionem pro dationis in solutum specie habent. Ast vtrumque legibus repugnat, quippe quae bonorum cessionem, nec pro specie dationis in solutum, nec pro modo dominium transferendi habent, sed potius debitorem, facta licet cessione, tamdiu, ac cessa bona non sunt distracta, dominum agnoscunt. Nam creditoribus bona cessa propria auctoritate diuidere, et iure dominii detinere, non permittunt leges, imo nec longi temporis praescriptionem creditori tribuunt, (*) sed debitorem cedentem, ante rerum venditionem suis bonis non carere, expresse affirmant. (**)

(*) L. 4. C. qui bonis cedere possunt.

(**) L. 3. D. de cessione bonorum.

§. III.

Bona igitur cessa a creditoribus non iure dominii, sed solum in securitatem creditorum possidentur, et administrantur, cum facultate ea distrahendi, et quatenus substantia patitur, ex pretio redacto suae indemnitati consulendi. (*) Haecce bonorum possessio in securitatem creditorum concessa ius pignoris operatur, (**) quod creditoribus coniunctim in relatione ad debitorem aequae, ac intuitu tertii cuiuslibet competit. Inter se vero creditores secundum iura, quae ante bonorum cessionem habuerunt, iudicantur, ita, ut credita personalia post cessionem maneat talia, nec in realia mutantur.

(*) L. 4. C. qui bonis cedere possunt.

(**) L. 26. D. de pignoratitia actione.

§. IV.

Quod ad distractionem bonorum attinet cessorum, creditores iure pignoris, et ex cedentis voluntate, eius bona distrahant, ideoque pro debitoris mandatariis haberi queunt, cum per iura notoria is, qui ex domini voluntate ali-

aliena negotia expedit, sit mandatarius. Exinde sequitur, ut creditores in distractione rerum cessarum bona fide agere, et sine collusione pro iusto pretio vendere (*), ac superfluum restituere debeant. (**). Minime vero creditores ad euictionem tenentur, nisi illam promiserint, vel scienter rem alienam, aut tanquam suam vendiderint. (***)

(*) L. 4. 7. 9. 10. C. de distractione pign. L. 14. §. vlt. D. de pigner. act.

(**) L. 8. D. de distrab. pign. L. 24. §. 11. D. de pigner. act.

(***) L. 50. D. de euict. tit. C. credit. euict. pign. non debere.

§. V.

An vero creditores bona cessa publice, per subhastationem nempe, seu aucionem, an priuatim absque subhastatione seu aucionem distrahere voluerint, iure Romano eorum arbitrio relictum videtur. Spectant huc verba legis: (*) *Vt autem non liceat creditoribus in venditione, vel translatione rerum, dolum vel aliquam machinationem vel circumscriptionem facere: iubemus, attestationem super hoc celebrandam apud defensorem locorum, gestis interuenientibus, insinuari, siue tantum ex pretio, quantum debetur, siue plus siue minus colligatur: et praesentibus non tantum tabulariis, sed etiam viro reuerendissimo cimeliarcha - iusiurandum sacro sanctis euangelis propositis venditore, vel translatore rerum praestante, quod neque per gratiam emtoris, vel eius, ad quem res transferuntur, nec aliquo dolo interueniente minorem iusto pretio rerum quantitatem acceperit: sed eam, quam reuera cum omni studio poterit inuenire.* Haec est decisio iuris Romani. Ast in Germania per ordinationes processuales plerumque sancitum est, ut bona cessa non nisi publica auctoritate vendantur, aucionis vel subhastationis lege:

(*) L. 10. C. de bonis auctoritate iudicis possidendis.



§. VI.

Sed haec in praesenti fufficiant, dum adiungenda sunt ea, quae de

GENEROSI AC DOCTISSIMI
CANDIDATI
IACOBI HENRICI FRANC
DE LICHTENSTEIN

MOENO-FRANCOVRTENSIS

natalibus, vitae ratione, studiis jurisprudentiae praeclare et cum laude peractis, testimonium sistunt, quae in scheda quadam conscripta ipse exhibuit Candidatus, cuius verba sunt:

*Ego IACOBVS HENRICVS FRANC DE LICHTENSTEIN primam lucem adspexi Francofurti ad Moenum anno huius seculi quadragesimo. Parentes mihi dedit propitium nomen, cum generis nobilitate, cum virtutum laude florentissimos, nempe IOANNEM SIMONEM FRANC DE LICHTENSTEIN, Iuris utriusque Licentiarum, Syndicum diocesis cr-
bis, Comitem Palatinum Caesarem, et MARGARETHAM ELISABETHAM, quae nobili Pertramiana gente orsum duxit. Verique parentes nullum in se officii, amoris et bonae educationis genus desiderari, passi sunt, nec unquam in illo defuissent, nisi praematurus eorum ex hac vita discessus me iisdem, et matre quidem dulcissima puerum vix decennem priuasset. Prima eorum cura fuit, ut sacri lauacri usu in sanctissimum cum nostrae salutis sponsore foedus more consueto, adhibitis religiosae huius caeremoniae ritibus, adficeret. Absolutis deinde primae infantiae spatiis de ingenio meo tempestiue formando cogitatum fuit. Quam in rem optimi parentes non solum sanctissimae religionis nostrae placitis imbuendum me curarunt, sed operam quoque dederunt, ut ea
litera-*

*litterarum elementa rite addiscerem, quibus puerilis aetas informari, et
 ad elegantiorum litterarum studia praeparari solet. Postis fundamen-
 tis in disciplinam egregiorum patris Gymnasi doctorum, Rectoris in-
 primis IO. GEORGII ALBRECHTI tam Conrectoris PETHI REIN-
 HARDI et Prorectorum IO. MICH. KERII ac IO. SIGISMUND. BREN-
 DELII, virorum eruditionis et doctrinae fama admodum insignium, tra-
 ditus sum, ex quorum scholis, atque institutione liberalium artium di-
 sciplinas hausi, iidemque ingenium meum ad viram litterarum acade-
 micam pro virum modo praeparare stitui. E gymnasio nostro benigne
 dimissus, mense Septembri anni MDCCCLIX, dulcissimam patriam reliqui
 et ad hanc bonarum artium florentissimam mercaturam commigravi, fa-
 ces academiae tum tenente viro perillustri, excellentissimo CAROLO FRI-
 DERICO KALTSCHMIDIO, qui me aduenam in civium academicorum
 numerum more in academiis consueto, recepit. Auspicato demum curri-
 culi mei academici initium feci, tempusque meum ita disposui, ut par-
 tem maximam iurisprudentiae, reliquam philosophiae studiis et historiae
 cognoscendae consecrarem. Quibus in studiis decurrenti duces mihi au-
 ctioresque fuerunt viri illustres CHRISTIANVS GOTTE EYDERVS et
 PAVL GVIL. SCHMIDIVS uterque pie defuncti, tum illustres viri
 IO. AVG. HELLFELDIVS, IOACH. ERDMANNVS SCHMIDIVS et
 perill. IOACH. GEORG. DARIESTVS, porro excellentissimi viri IO.
 FRID. FASELIVS, LAVR. DAN. SVCCOVIVS et CHRISTIANVS
 FRID. POLZIVS itemque consultissimus ERNESTVS SONNENSCHMI-
 DIVS, et praecell. IO. GOTTE. WALDIVS. Triennio in hoc inge-
 niorum palaestra absoluto, ad Helmstadienses musas me contuli, citiusque
 academici iura ibi consequutus sum viro excell. ac consultissimo IO.
 YACOBO HOEFLERO, Rectoris vices tum administrante. Neque in
 hac academia mihi defuere doctores egregii, nominatim viri celeberrimi
 atque excellentissimi FRANCISCVS DOMINICVS MAERERLINVS,
 IO.*



IO. FRID. EISENHARDVS *et* KRATZENSTEINIVS, quorum opera *et* institutione, cum in aliis, tum in iurisprudentiae disciplinis, ad vsum forenses rite traducendis, non sine magno fructu usus sum. Anno post ad patrios lares redii, ibidemque aliquantisper commoratus carissimam mihi academiam Ienensem reperii, summos in iurisprudentia honores ab illustri consultorum ordine decenter petiturus.

Cum igitur GENEROSVS ac DOCTISSIMVS CANDIDATVS studiorum suorum rationes optime ininerit, et ad consueta examina admissus, congregatae facultati egregios, quos in legum cognitione fecit progressus, fatis probauerit, non dubitauimus, pro obtinendo doctoris gradu, ad dissertationem, quam vocant inauguralem, eum admittere. Quam de beneficio competentiae proprio aequae ac tertii iure conscriptam me praefide die XXVII. Octobris publicae eruditorum disquisitioni submitter, et contra oppositiones defendere.

Huncce actum, VI MAGNIFICVS ACADEMIAE RECTOR illustrissimus S. R. I. COMES, PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI, HOSPITES omnium ordinum HONORATISSIMI, nec minus GENEROSISSIMI ac NOBILISSIMI COMMILITONES honorifica sua praesentia solemniores reddere velint, ea, quae par est, obseruantia, meo ordinisque nostri nomine, rogo. P. P. in academia Ienensi d. XXVI. Octobr.

CIO MDCC LXIV.



Jena, Diss., 1764-65


VD 18

ULB Halle
005.360 706

3







1764, 2
78

O. AVGVST HELLFELD

IMI DVICIS SAXO-GOTHANI A CONSILIIIS AVLCIS
ET NOVELL. PROFESSOR ORDIN. CVRIAE PROVINC.
SSOR SCABIN. COLLEGII SENIOR ET FACVLT.
IVRID. H. T. DECANVS

LEMNIA INAVGVRALIA

GENEROSI AC DOCTISSIMI IVRIVM

CADIDATI

COBI HENRICI FRANC
DE LICHTENSTEIN

MOENO-FRANCOFVRTENSIS

INDICIT

DIEM XXVII. OCTOBR. CIOIOCCCLXIV.

SIMVLQVE

BONIS DEBITORVM
ST EORVM CESSIONEM
DISTR AHENDIS

BREVIVS DISSERTIT.

ENAE LITTERIS SCHILLIANIS.

